# IV. NEDJELJA PO DUHOVIMA

Glavna misao današnjega bogoslužja je nepokolebljivo pouzdanje u Boga usred bojeva i trpljenja ovoga života. Crkva želi da »uživa u nesmetanoj svetoj službi« (mol.), ali treba joj uzdisati čekajući oslobođenje (Posl.). Ona nam stoga stavlja na usta vapaje današnjih misnih pjesama, ali i uvjerenje da je s nama Bog pomoćnik i zaštitnik (prič. i popri̇č.) kad ga primimo u sv. Pričesti. Ta je pomoć čudesna, iako ne uvijek vidljiva kao kod obilnog ribolova. Ovo nam Evanđelje govori o vjekovnim uspjesima Petrove Crkve i o sreći svih ljudi koji se nalaze u njoj. Jesmo grješnici i naša se volja uvijek iznova protiv dobru (prik. mol.), ali želimo biti usmjereni k Bogu i za njega još i druge »loviti.«

| | |
|---|---|
| INTROITUS Dóminus illuminátio mea, et salus mea, quem timébo ? Dóminus defénsor vitae meae, a quo trepidábo ? qui tríbulant me inimíci mei, ipsi infirmáti sunt, et cecidérunt. Ps. Si consístant advérsum me castra: non timébit cor meum. Glória Patri. | ULAZNA Gospodin mi je svjetlo i spas, koga da se bojim? Gospodin je branilac moga života, pred kim da strepim? Dušmani koji me muče smalaksali su i klonuli. – Ps 26. Da se protiv mene i vojska utabori, neće se bojati moje srce. – Slava Ocu… Gospodin mi je… |
| ORATIO Da nobis, quaésumus, Dómine: ut et mundi cursus pacífice nobis tuo órdine dirigátur ; et Ecclésia tua tranquílla devotióne laetétur. Per Dóminum. | MOLITVA Daj nam, molimo, Gospodine, i da se, prema tvojoj naredbi tok svijeta upravlja za naš mir i da tvoja Crkva uživa u nesmetanoj svetoj službi. Po Gospodinu… |
| EPISTOLA Fratres: Exístimo quod non sunt condígnae passiónes hujus témporis ad futúram | POSLANICA Čitanje Poslanice bl. Pavla apostola Rimljanima (8, 18–23) – Braćo, držim da se patnje |

| | |
|---|---|
| glóriam, quae revelábitur in nobis. Nam exspectátio creatúrae, revelatiónem filiórum Dei exspéctat. Vanitáti enim creatúra subjécta est non volens, sed propter eum, qui subjécit eam in spe: quia et ipsa creatúra liberábitur a servitúte corruptiónis, in libertátem glóriae filiórum Dei. Scimus enim quod omnis creatúra ingemíscit, et párturit usque adhuc. Non solum autem illa, sed et nos ipsi primítias spíritus habéntes: et ipsi intra nos gémimus adoptiónem filiórum Dei exspectántes, redemptiónem córporis nostri: in Christo Jesu Dómino nostro. | sadašnjega vremena ne mogu usporediti s budućom slavom koja će se objaviti u nama. I stvorovi željno očekuju objavljenje sinova Božjih. Stvorovi su podvrgnuti ispraznosti, ne po svojoj volji, nego po volji onoga koji ih je podvrgao, ali u nadi da će biti oslobođen od raspadljivosti, da postignu slavnu slobodu djece Božje. Znamo da svi stvorovi uzdišu i da se nalaze u porođajnim bolovima sve dosada. Ali ne samo oni nego i mi koji imamo prvine Duha, i mi uzdišemo u sebi i očekujemo Božje posinaštvo, otkupljenje našega tijela u Gospodinu našem Isusu Kristu. |
| GRADUALE Propítius esto, Dómine, peccátis nostris: ne quando dicant gentes: Ubi est Deus eórum ? Adjuva nos, Deus salutáris noster: et propter honórem nóminis tui, Dómine, líbera nos. Allelúja, allelúja. Deus, qui sedes super thronum, et júdicas aequitátem: esto refúgium páuperum in tribulatióne. Allelúja. | GRADUAL Budi milostiv, Gospodine, grijesima našim. Zašto da govore narodi: Gdje je Bog njihov? Pomozi nam, Bože spasitelju naš, i radi slave imena svoga izbavi nas, Gospodine. Aleluja, aleluja. Bože, koji sjediš na prijestolju i sudiš pravo, budi utočište siromahu u nevolji, aleluja. |
| EVANGELIUM Sequéntia sancti Evangélii secúndum | EVANĐELJE Slijedi sveto Evanđelje po Luki |

| | |
|---|---|
| Lucam. In illo témpore: Cum turbae irrúerent in Jesum, ut audírent verbum Dei, et ipse stabat secus stagnum Genésareth. Et vidit duas naves stantes secus stagnum: piscatóres autem descénderant, et lavábant rétia. Ascéndens autem in unam navim, quae erat Simónis, rogávit eum a terra redúcere pusíllum. Et sedens docébat de navícula turbas. Ut cessávit autem loqui, dixit ad Simónem: Duc in altum, et laxáte rétia vestra in captúram. Et respóndens Simon, dixit illi: Praecéptor, per totam noctem laborántes, nihil cépimus: in verbo autem tuo laxábo rete. Et cum hoc fecíssent, conclusérunt píscium multitúdinem copiósam: rumpebátur autem rete eórum. Et annuérunt sóciis, qui erant in ália navi, ut venírent, et adjuvárent eos. Et venérunt, et implevérunt ambas navículas, ita ut pene mergeréntur. Quod cum vidéret Simon Petrus, prócidit ad génua Jesu, dicens: Exi a me, quia homo peccátor sum, Dómine. Stupor enim circumdéderat eum, et omnes, qui cum illo erant, in captúra píscium, | (5, 1–11) – U ono vrijeme, kad je narod hrlio k Isusu, da čuje Božju riječ, on je stajao na obali Genezaretskoga jezera. I ugleda uz obalu dvije lađe, iz kojih su ribari bili izašli te su prali mreže. On uđe u jednu od tih lađa, koja je bila Šimunova, pa ga zamoli da malo otisne od kraja. Tada sjede i poče iz lađe učiti narod. – Kad je prestao govoriti, reče Petru: »Povezi na pučinu i bacite mreže za ulov!« Odgovori mu Šimun: »Učitelju, mučili smo se svu noć i ništa nismo ulovili. Ali, na tvoju riječ bacit ću mrežu.« Učine tako i zapašu mnogo riba, da im je mreža pucala. I pozovu ribare iz druge lađe da dođu i da im pomognu. I dođu, i napune se obje lađe, tako da su gotovo tonule. – Kad to vidje Šimun Petar, padne na koljena pred Isusa i reče: »Idi od mene, Gospodine, jer ja sam grješan čovjek!« Strah je bio obuzeo njega i sve njegove drugove zbog riba koje su ulovili. Isto tako i Zebedejeve |

| | |
|---|---|
| quam céperant: simíliter autem Jacóbum et Joánnem, fílios Zebedaéi, qui erant sócii Simónis. Et ait ad Simónem Jesus: Noli timére: ex hoc jam hómines eris cápiens. Et subdúctis ad terram návibus, relíctis ómnibus, secúti sunt eum. | sinove, Jakova i Ivana, koji su bili Šimunovi drugovi. Tad Isus reče Šimunu: »Nemoj se bojati, odsad ćeš loviti ljude!« Oni izvuku lađe na kraj, ostave sve i pođu za njim. |
| OFFERTORIUM Illúmina óculos meos, ne umquam obdórmiam in morte: ne quando dicat inimícus meus: Praeválui advérsus eum. | PRIKAZNA Prosvijetli oči moje da nikad ne zaspim na smrt, da ne kaže neprijatelj moj: Nadvladao sam ga. |
| SECRETA Oblatiónibus nostris, quaésumus, Dómine, placáre suscéptis: et ad te nostras étiam rebélles compélle propítius voluntátes. Per Dóminum. | PRIKAZNA MOLITVA Primi naše prinose, molimo, Gospodine, kao pomirbeni dar pa i naše buntovne volje usmjeri k sebi. Po Gospodinu… |
| COMMUNIO Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum, et liberátor meus: Deus meus, adjútor meus. | PRIČESNA Gospodin je stijena moja, tvrđava moja, osloboditelj moj, Bog moj, pomagač moj. |
| POSTCOMMUNIO Mystéria nos, Dómine, quaésumus, sumpta puríficent: et suo múnere tueántur. Per Dóminum. | POPRIČESNA Primljena otajstva, molimo, Gospodine, neka nas očiste i svojom snagom neka nas štite. Po Gospodinu… |

